

(1205) 1206, febrer, 5

*L'abadessa Agnès institueix l'ofici de la infermeria, que dota amb el mas Escaliva de Celrà.*

ASD núm. 66, perg. orig., 230 x 245 mm.

Cum Deus omnipotens mundum uenerit iudicare, his qui bona egerunt datus uitam eternam, inter ceteras misericordie exhibiciones refecciones et uisitaciones infirmorum corona glorie est remuneraturus. Cuius quidem rei spe certa et expectacione non dubia, ego Agnes, Dei gratia abbatissa Sancti Danielis, uoluntate et consilio necnon et precibus totius conuentus eiusdem \_ domus, dono et assigno et in presenti cum hac carta trado Deo et infirmarie que ibi de nouo construitur totum illum mansum integre quem domus Sancti Danielis habet in parrochia Sancti Felicis de Celrano, in loco qui nominatur mansus Esthaliua, quem inhabitat Amallus Eschaliua, cum omnibus tenedonibus et pertinenciis suis, terris, uineis cultis et heremis, cum hominibus et feminis, censibus, seruiciis, usaticis et agrariis et cum omni sua integritate et proprietate et omnibus que ad dictum mansum pertinent et pertinere debent per francum alodium tam in Celrano quam in luiano quam in omnibus lacis, sicut melius <lici ac intelligi potest ad comodum et proprietatem predicte infirmarie. Hunc siquidem mansum sicut superius scriptum est, dono et lauda et assigno in perpetuum atque concedo prefate infirmarie absque amni retentu, ita ut sit proprius dicte infirmarie, et illa domina que infirmarie preerit, plenariam habeat potestatem disponendi, ordinandi, minstrandi in mansa et in omnibus ad mansum pertinentibus ad útilitatem predicte infirmarie, nulla prorsus potestate abbatisse retenta. Si quis hac rumpere uoluerit, non ualeat.

Actum est hac nonis febroarii anno Domini .MCCV.

+Agnes, gratia Dei abbatissa\*. Sig+num Saurine de Curzauello. Sig+num Berengarie de Riuopirorum. Sig+num Galburs. Sig+num Marie de Paleria. Sig+num Stephanie de Paleria. Sig+num Bernarde de Palaciolo. Sig+num Flandine de Lercio.

Arnallus de Mata presbiter, qui hac scripsit cum litteris rasis et emendatis in .v. linea et suprascriptis in .VII. die et anno prefixo.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 171-172